

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Sterilitatem coniugum à justo Deo esse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

tur, Usque ad canitatem, & nostrum istud vivere triste, ut nummis parcant, genium suum defraudant; citò inuenient, qui dicat: Considerans reperi & aliam vanitatem sub sole: uniu est, & secundum Eccle. 4. 8. non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuinity: nec recognitat dicens: Cui labore, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. Sapientius alij vtuntur sua sterilitate. Nam cum eis hæres non est in tertis, Deum, aut Diuos, in cælis, bonorum suorum hæredes scribunt; ut faciant sibi amicos de mammona ini- Luc. 16. 9. quitatis. Quot, hac occasione templa sunt ædificata, dotata, ornata? quot structa monasteria? quot erecta gymnasia? quot fundata stipendia? Infinitus hic campus esset enumerandi. Sufficiat notissimum illud, quod Ecclesia quotannis celebrat... Libero Summo Pontifice Ioannes Patricius Romanus, & uxori pari In Breuiario nobilitate, cum liberos non suscepissent, quos bonorum hæredes relin- Rom. 5. Aug. querent, suam hereditatem sanctissima Virgini Dei Matri vone- runt: ab ea summis precibus auidne petentes, ut in quod pius opus eam pecuniam potissimum erogari vellent, aliquo modo significaret. Quorū preces & vota ex animo facta, B. V. Maria benigne audiens miraculo comprobavit. Nonis igitur Augusti, quo tempore in urbe maximi calores esse solent, noctu nix partem collis Exqulini contexit. Dei autem Mater seorsim Ioannem, & seorsim eius coniugem, enim uero ipsum etiam Summum Pontificem edocuit, quid eo portento significaretur. Stat igitur Ecclesia sancte Mariæ maioris dicta in monumento fæcundissimæ sterilitatis, ut quæ possit etiam eiusmodi templa generare.

Esto itaque, à Deo sint: quidam coniuges infæundi, ste- rilitas rāmen illis utilis est. Quis non laudet potius, quam ac- culat utilitatem? Et sanè, sterilitatem à Deo esse, probè sciuit etiam Iacob, licet fortasse Rachel ignorarit; qua dicente, Da mihi liberos, alioquin moriar, iratus respondit Iacob: Num pro Deo Gen. 30. 2. ego sum, qui pruinanit te fructu ventris tuis? Quo loco aiunt Heb- De pluvijs ræi, Deum sibi quatuor claves naturæ reseruasse, clauem pluvia- Deut. 28. 12. rum, ut eas ad libitum emittat, & effundat ex suis thefauris: de fame. clauem vita, seu generationis: clauem alimonie ad famem depel- Psal. 144. 16. lendum: & clauem sepulchrorum, id est, resurrectionis. In folius de resurrecti. Ezech. 37. 12.

N n n. 2.

igitur

v.

468. Cap. XXXVII. Cur Deus quosdam coniuges finat esse sterila?

igitur Numinis potestate est, donare, vel negare filios. Ex il-

Prou. 13. 22.  
Psal. 127. 3.

lius benedictione, bonus relinquit heredes filios, & nepotes, & ad eum, qui timet Dominum, dicitur: *Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuae. Filii tui, sicut nouelle olivae, in circuitu mensa tuae.*

Levit. 20. 20. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. Präuaricatoribus autem saepius dicitur: *Absq[ue] liberis nasci-  
mentur, absq[ue] liberis erunt.* Est itaque sterilitas à Deo, & est, tanquam poena, à Deo. Quanquam non semper tanquam poena:

Luc. 1. 6.

Psal. 83. 13.

VI.  
Isa. 3. 10.  
Sap. 10. 10.

Judic. 13. 2.  
Luc. 1. 13.

cùm vtique Abraham & Sara, itemque Zacharias & Elisabeth, alijque steriles legantur iusti extitisse. Siquidem de his dicitur. *Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini, sine querela, & non erat illis filius, n[on] quid esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent, in diebus suis. Quid ita iustos afflit Deus, vt illis benedictionem prolis subducat? quid in illis reperit puniendum? ille Deus, qui non priuabit his eos, qui ambulant in innocentia?*

Respondet Isaia: *Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fru-  
etum ad inuentionum suarum comedet. Quocunque duxerit Deus,  
iustum duxit per vias rectas. Non punit, qui dat meliora. Bo-  
num ergo fuit justis, & per vias rectas eos duxit, quando eos du-  
xit ad vitam perfectiorem; vt, amore toto, quem in liberis par-  
titim impendissent, in datorem liberorum translato, dicenter:  
Deus mens, & omnia. Se magis amat, quam Deum, qui Deum  
propter liberos amat duntaxat. Deum propter Deum amat,  
qui Deum amat, etiam optatis liberis destitutus. Quod sancti  
illi fecerunt, qui, cùm steriles essent, tamen iusti esse non des-  
ire. Quanquam & alijs de caussis eos sapientissima Dei bonitas,  
ad tempus, liberis priuauit, vt scilicet & agnoscerent, cum  
Iacob, vnde hoc donum esset, atque, pro eo dono adipiscendo,  
Deum precarentur; vtque diu dilatum gaudium cumulatiū  
cresceret, filio in senectute demum concessio. Denique obser-  
uent Sancti, plerosque diu sterilibus parentibus postea natos,  
magno atque admirabile euasisse. Sic Abrahomo suis Isaac,  
sic Racheli Iosephus, sic parentibus suis fortis ille Samson; sic  
Annae magnus Samuel, sic Zachariae & Elisabeth, Ioannes da-  
tus est, Angelo ad Zachariam dicente: *Vxor tua Elisabeth pariet**